

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - VII, 08 : De Atalanta](#)

## Mythologia, Venise, 1567 - VII, 08 : De Atalanta

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[89\] : De Atalanta](#)□

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII**

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 08 : De Atalanta](#)□

*est une version augmentée de ce document*

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 08 : D'Atalante](#)□

*est une transformation de ce document*

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII**

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 09 : D'Atalante](#)□

*est une transformation de ce document*

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ).

## Présentation du document

Publication [Venise, Comin da Trino, 1567](#)

Exemplaire [Munich \(Allemagne\), Münchener DigitalisierungsZentrum \(MDZ\)](#) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 218r°

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Atalante](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 28/04/2023

---

**D**E Atalanta Schenei filia, quæ corporis viribus, & celeritate pedum nõ solum feminas, sed etiam homines anteibat, hæc pauca habemus memoria digna: quòd illa prior sagitta aprum Calydonium percussit, vt ait Isacius: quòd victa fuit ab Hippomene cursu dum malis tribus Hesperidum colligendis retardata fuisset, quòd in templo magnæ matris moræ impatiens nulla habita Deæ reuerentia cum Hippomene victore concubuit, quare Hippomenes in leonem, ipsa in leonem conuersa est. at cur hæc celebrata & memoriæ prodita sunt? quia significare voluerunt nihil aliud esse Atalantam, quam voluptatem; atque illum insanire, qui per summum capitis discrimen ac periculum illam expetat: quippe cum morbi, & pudor, & facultatum iactura, & vitæ non pauca pericula, voluptatum sine comites; ad quas sine his peruenire nunquam conceditur. Qui igitur per summa pericula voluptatem expetuerit nulla habita vel Deorum immortalium, vel sanctissimarum legum reuerentia, quo pacto poterit humanam animi formam retinere, ac non in teterrimam belluam conuerti? vt igitur voluptates periculorum plenas deuitaremus, vt Deorum immortalium religionem coleremus, vt eorum loca sacra ne contemneremus, hæc ipsa literarum monumentis sunt tradita ab antiquis: qui nihil non vtile, plurimumq; ad humanæ vitæ informationem pertinens, ad nos transmiserunt; si quis recte considerauerit: cum omnia contra huius ætatis scripta ab imperitiis plerisque in lucem tradita, plena sint lasciuix, auaritiæ, adulationis; nihilque minus curent, quam vt viros bonos ac temperantes legentes efficiant.

**T**heseus Neptuni & Aethræ filius fuisse dicitur, vt traditum est in fabulis: quem tamen Plurarchus in eius vita non Neptuni, sed Aegæi fuisse scripsit; cui sententiæ assensit Ouid. etiam in his;

Nec pater est Aegæus, nec tu Pitheidos Aethræ  
Filius: auctores saxa fretumque tui.

Fama est hunc aliquando cū puer esset adhuc, quo tempore Hercules Troezenem ad Pitheum venit, leonis pellem, quam gestabat Hercules, vidisse, atque securim è manu serui cuiusdam extorsisse illam belluam exsurus, quia leonem esse putasset, cū reliqui Troezeniorum pueri visa illa pelle aufugissent. Hic postea cum adoleuisset Herculis virtutem ac fortitudinem imitatus multos latrones & maleficos homines vbique sustulit, orbem terrarum peruagatus: & Scironem, qui in monte non procul ab Athenis intra Megara & Lithum, multos mortales è præcipiti loco deiecit, idem mortis genus experiri coegit, quo viatores ipse interimebat. Alii tamen dixerunt, inter quos fuit Socrætes, quòd aduenis pedes lauandos protendebat, ac lauantes ex altissimo loco in mare deturbabat. Idem Theseus Cercyonem in Eleu sine palæstra suffocauit, sicut is solebat peregrinos: item Procustem pinus ad terram vi dessectentem & alligatos illis hospites arboribus in suum locum cæcis retinaculis reuertentibus crudelissime lamiantem ac diserpentem, interemit; aliosque latrones varia crudelitatis genera in hospites exercentes obruncauit, vt testatur Plut. & Str. lib. 9. Hic tantæ virtutis fuisse dicitur,